



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Conciliis Generalibvs Approbatis Ac Reprobatis Breve  
Compendivm.**

**Longo, Francesco**

**Romae, 1624**

Ad Lectorem Praefatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10467**

# AD LECTOREM

## PRAEFATIO.



Onciliorum sacro-  
rum legitimè con-  
gregatorum De-  
creta, cùm, testan-  
te Athanasio epist. ad E-  
pis. Afric. Dei Verbum à Pri-  
mi Concilii Nicæni Patrib.  
appelletur. Et Cyrillus lib. i.  
de Trin. eiusdem Concilii Ca-  
nones eo honore prosequatur,  
ut diuinorum, ac sanctissi-  
morum oraculorum appell-  
atione dignos existimet. Ve-  
teres quoq. Patres ea venera-  
tione legitima Concilia affi-  
ciunt, ut eorum Decreta, ve-  
luti à Spiritu Sancto profecta  
Euangeliorum instar, sibi

AM.

amplectenda, ac sequenda  
proponant. Si quidem nota  
omnibus est Apostolica vox,  
qua Sacrorum Conciliorum  
auctoritas olim in Ierosolyma  
ano Concilio celebrata fuit,  
cum ita rescriptum sit: Vi-  
sum est spiritui Sancto, &  
nobis Act. 15. Vnde à nobis  
religione roti aquum est, ut  
non secus, quam Dei ipius  
lex, ac verbum quotidie ante  
oculos nostros versari debeat.  
Hinc, ut ad volumina illa  
nouem in, quibus longa ora-  
tione, ea, quae in quolibet Cō-  
cilio acta sunt, continentur,  
cuilibet, maxime vero Eccle-  
siastico, via facilior paretur  
hoc breve Compendium, ve-  
luti Isagogen, & Introductio  
nem

Cod.

54

nem quandam, ex nostra magna Conciliorū Summa de-  
promptum, ad maiorem Dei  
gloriam, Ecclesiaeque Sancte  
utilitatem præladamus. In  
quo ea solūm, quæ in quolibet  
Generali Concilio acta  
sunt: breuiter perstringimus,  
assignata nihilominus cuilibet  
reprobato Concilio, siue  
Conciliabulo sua nota, ut sic  
granum purum excussa pa-  
lea, ex huius libelli lectione,  
vnusquisque colligere possit.  
Vale lector beneuole.

Con-